



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

Eck, Johannes

Antverpiae, 1541

20 De Cardinalibus & legatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35599

DE COELIB. CLER.

1. Cor. 10 à carne, at fidelis est deus, qui nō patitur nos tentari supra id quod possumus, sed facit cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere.

De octa. Dicitis votum illud esse impossibile. Si respicis ad naturā, etiam multa alia sunt impossibilia nobis: si respicis gratiam dei adiutricem, nihil est impossibile, quia possunt capere, quibus hoc datum est. Ideo Sapiens

Sap. 8 ait: Scio, quoniam aliter nō possum esse continens, nisi deus det, & hoc ipsum erat sapiētia, scire cuius esset hoc donum. Nouum genus vincēdi tentationes carnis, adfert nobis hereticus vt s. desiderijs carnis obediamus, contra totam scripturam.

De no. Respondet Hiero. Paulum nō loqui de virgine quæ se semel dei cultui dedicauit, sed de ea quæ est libera, li. 1. contra Iouinianum.

DE CARDINALIBVS
& Legatis Sedis apostoli-
cæ. XX.

Chri-

Christus associauit sibi, 12. Apo Mat. 10
stolos, 72. discipulos, illos mit
tebat vbi opus erat.

Et fecit vt essent, 12. cum illo, & vt Mar. 6
mitteret eos prædicare.

Post hæc designauit dominus & Luc. 9
alios, 72. & misit illos binos ante fa
ciem suam in omnem ciuitatem. Sic
papa sibi adhibet assistentes Cardi
nales, & forte prius in re discipuli
fuerunt Cardinales, quàm Aposto
li. Bernardus ad Eugenium, hi quo
que tibi continuo assistunt, seniores
populi, orbis iudices, collaterales,
coadiutores.

Isidorus testatur s. Petrū in vrbe
Roma delegisse sibi assistētes sacer
dotes & diaconos. In sui enim adin
torium assumpsit Linum, Cletum
& Clementem. Linus crescente ec
clesia, presbyteros, 10. & episcopos
11. cōsecrauit, sic Cletus, sic Clemēs,
sic Anacletus fecerunt. Euaristus præ
mus titulos, 1. ecclesias cū plebibus,

Q 5 in

DE CARD. ET LEG.

in vrbe Roma presbyteris diuisit,
septem diaconos instituit, qui Ro-
manum pontificē obseruarent. Mar-
cellus aucto iam numero titulos, 5,
& 20, in vrbe cōstituit, vt baptismo
& sepulturæ oportune prospicerēt.
In primitiua ecclesia nō dicebantur
nisi presbyteri & diaconi vrbis Ro-
mæ, tamen postea inditū fuit eis no-
men Cardinalium, vt aliqua histo-
riē volūt sub Pōtiano papa, aliqua
sub Marcello, aliqua sub Siluestro,
aliqua adhuc recentius nomen exi-
stimant. Hinc solent beatum Hiero-
nymum presbyterum vrbis Romæ
appellare, nō Cardinalem: licet Do-
natio Constantini indicet antiquius
fuisse Cardinalium nomen, tamen
reiñci nō potest, quin Stephanus pa-
pa nomine illo vsus sit, quando cō-
stituit nullum eligi pontificem, nisi
ex cardinalibus. Inuenio autē tem-
pore Symachi papæ & Gregorij se-
cundi, 64, fuisse titulos in vrbe Ro-
ma,

Dist. 78. ca.
oportebat

ma, puta Laurentij, Ceciliae, Sixti,
 Marcelli, Susanne, Anastasie, Marie
 trans Tyberim. Ioannis & Pauli &c.
 Ad conciliū Nicenū Siluester misit
 Osum Cordubensem episcopum,
 Victorem & Vincentium presbyte-
 ros vrbis Romę. Ad Africanum cō-
 cilium in quo fuit Augustinus, misit
 Zozimus papa Faustini episcopū,
 Potentianum, Philippum & Asel-
 lum, presbyteros vrbis Romę. In
 causa appellationis super depositio-
 ne episcopi decreuit concilium Ni-
 cenum, papam committere causam
 episcopis vicinis, aut e latere suo
 presbyterum mittat. Ecce legatos a
 latere tempore concilij Niceni, ante
 M. cc. annos. Siluester misit ad cōci-
 lium Arelatense Claudium & Ha-
 bitum presbyteros, Eugenium &
 Quinatum, diaconos ecclesie Ro-
 manę.

Tempore martyrum solebāt lega-
 tos appellare apochrisarios, sicut
 san s

DE CARD. ET LEG.

sanctus Fabianus papa, & sanctus
Zepherinus miserunt apochrisarios
suos in Orientem. Leo papa misit
ad concilium Calcedonense Pascha-
sium & Lucensem episcopos, & Bo-
nifacium presbyterum Romanae ec-
clesiae: Sub Agatone papa legati ad
6. synodum fuerunt Theodorus &
Gregorius presbyteri, Ioannes dia-
conus. In septima synodo legati fue-
runt Petrus, Petrus presbyteri, & ab-
bas monasterij sanctae Sabinae. In
octava synodo missi sunt Donatus
Hostiensis, Stephanus Ephesinus epi-
scopi, Marinus diaconus ecclesie Ro-
manae, & Anastasius famosissimus
bybliothecarius. Missi fuerunt a Leo-
ne ad secundam synodum Ephesi-
nam, Julius episcopus, Hilarius dia-
conus & Dulcitus prothonotarius,
licet non voluerunt adire synodum,
intelligentes dolos Dioscori.

In Sardicensi concilio missus fuit
Osius Cordubensis (idem qui in co-
cilio

cilio Nicæno) cum Fortunatiano Aquilegiensi & Vincetio de Capua. In concilio Franckfordensi ad Menam, legati sedis apostolicę præsidetes, fuerunt Theophylactus & Stephanus episcopi, quando hæresis Felicianæ fuit damnata, quę vsum imaginum in ecclesia prohibebat. Fusi-
us ista reperies in libro nostro de primatu Petri lib. 3. cap. 19.

DE EXCOMMUNI-
cationibus. XXI.

Potestatem excommunicandi instituit Christus, loquens de fraterna correctiõne, post alia inquit: Dic ecclesiæ. Si autem ecclesiã non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Mat. 18

Patet hic manifeste excommunicationem fieri auctoritate Christi, maxime ex his subiungit dicens, Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis super terram (glos. i. vinculo anathematis) erunt ligata & in cælo
Vbi